que faciunt. Nisi quod uentri procu
ret et libidini. Nec statim nobis illum
prudens lector opponat. et quomodo
scriptum est. flumina concrepent
manibus. et omnes gentes plaudite ma
nibus iubilate d(e)o adiutori nostro. Ibi
enim non ad organorum dicuntur soni
tum concrepare sed in laude d(e)i. unum
habere consensum. Post organorum
uocem intulit quasi stantia putauerunt
et non quasi fugientia. Res enim sp(e)cti.
et omnia corpora secundum epicu
rum per momenta fluunt. Nihil enim
fugacius saeculo rebusque saeculi quas
dum tenemus amittimus. et per
infantiam. pueritiam iuuentut(em)
uirilem et ingrauiscentem acma
turam aetatem. annosque ultimos
senectutis in quae septem spatia,
philo. uitam discribit humanam.
mutamur et currimus. et nescien
tes ad mortis terminos peruini
mus, Quodque sequitur. quibibunt
defaecatum uinum. Propriae re
ferri ad heretic(o)s sicut potest. qui quas
dam scripturas probant. quasd(am)
reprobant. defaecata cupientes
uina potare. Cum in scis scripturis.
Nihil turbidum sit. atque caenosu(m).
sed totum de superiori unda puris
simum. Isti primus unguntur un

gentis. qui non habentes artem ungen
tariam. absque ulla scientia scriptu
rarum. et traditionibus ac doctrina a
postolorum. Uindicant sibi sacerdotii dig
nitatem. et unctos d(omi)ni esse dicunt. oleum
que purissimum. sensus sui faece contami
nant, cumque haec faciant, in interfectione(m)
eorum quos deceperunt nullo dolore cru
ciantur. sed gaudent in alienis mortibus
et miserorum sanguine delectantur;
Sensus iste pulcherrimus in quo dicitur
quasi stantia putauerunt et non quasi fu
gientia in hebraico non habetur. sed pro
eo scriptum est. sicut dauid putauerunt
se habere uasa cantici; Unde uidetur mihi
ab interpretibus additus qui in discrib
tione luxuriae contra uitia et uolupta
tes. huiusmodi sententiam protulerunt.
Ut non uerterent quod scriptum erat,
sed de suo quod sibi uidebatur adderent
immo mutarent.

Quapropter nunc migrabo in capite
transmigrantium. et auferetur
factio lasciuientium. Propter superi
ores causas quas propheticus sermo
discribit eorum qui dormiunt in lectis
eburneis. et lasciuiunt in stratis. et
comedunt agnos de grege. et uitulos
de medio armenti. et canunt ad uoce(m)
psalterii et bibunt in fialis et optimo
ungento delibuti sunt. et insuper

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0182